

atq; circuli spheræ intellecti possim. *Colvrvs* solstitialium est ille circulus, qui per polos mundi, polos Zodiaci, & puncta solstitialia incidit.

Equinoctiorum est circulus ille, qui per polos mundi, & puncta equinoctialia inciditur, non autem per polos Zodiaci. *Meridianus* circulus est ille, qui per mundi polos, & vertex loci ducitur, supereminetq; alios maiores circulos in spherâ naturalibus. Est autem vertex loci, punctum in celo, quod directe superius positum est illi loco, quale est illud, quod ostendit cacumen altius rursus, si ad eundem usq; extendetur. Sive illud, quod vertex capitis cuiuslibet hominis imminet. Hoc autem punctum Arabes dicunt Zenith. Oppositum vero punctum per diametrum, quod eundem vitris ostentat, si in altitudine eadem intelligatur excurrere, appellant Nadir.

Horizon, est circulus maior ex vertex loci, inquam polo descriptus, qui aliter etiam circulus in naturali spherâ supereminet, dividitq; Meridianum, ab eodemq; dividitur ad angulos rectos spherates, separatq; hemispherium visum a non viso.

Canceri dicitur ille circulus minor, qui ex parte poli Arctici æquidistat Aequinoctiali, transitq; per illud punctum Zodiaci maxime ab Aequinoctiali remotum, quod principium Canceri supra dictum nominari.

Tropicus Capricorni vocatur ille minor circulus, qui ex parte poli antarctici Aequinoctiali æquidistat, transitq; per illud punctum Zodiaci, quod supra monuimus appellari principium Capricorni.

Arcticus circulus est minor, qui prope polum arcticum descriptus est per polum Zodiaci parallelus existens Aequinoctiali.

Antarcticus circulus est quoq; minor, qui iuxta polum antarcticum incidit per alterum Zodiaci polum, æquidistans etiam Aequinoctiali circulo.

Exemplum omnium circulorum, quos explicauimus, habes in propo-
sita spherâ *A B C D*, in qua *E* principium Canceri. *F* principium Capricorni. *G* principium Arietis. *H* principium Libræ. *A B C D*, Meridianus. *B* Zenith. *D* Nadir. *A H C G*, Horizon. *A B C*, hemispherium visum. *A D C*, hemispherium non visum. *k, L*, poli Zodiaci.

QVONIAM